



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

4. Capellani Victvm Et Vestitum tantum habeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

tibus, creditum officium & Missam solen-
niter pro eius anima, Christo animi puri-
tate iubemus offerre: fratres autē ibi astan-
tes, & in orationibus pro fratribus defuncti
salute pernoctantes, centum orationes Do-
minicas usque ad diem septimum pro fra-
tre defuncto persoluant; ab illo die, quo eis
obitus fratribus denunciatus fuerit, usque ad
prædictum diem, ceterarius numerus per-
fectionis integritatem cum fraterna obser-
uatione habeat. Adhuc nempē diuina ac
misericordia charitate deprecamur, atque
pastorali autoritate iubemus, ut quotidie,
sicuti fratri in vicibus dabatur & debetur,
ita quod est necessarium sustentationi hu-
iūs vitae in cibo & potu tantum, cuidā pau-
peri, donec ad quadragesimum diem im-
pendatur. Omnes enim alias oblationes,
quas in morte fratrum & in Paschali solen-
nitate, ceterisque solemnitatibus, Domino
pauperum commilitonum Christi sponta-
nea paupertas indiscretè reddere consue-
uerat, omnino prohibemus.

CAPELLANI VICTVM ET VE-
STITUM TANTUM HABEANT.

40

ALIAS vero oblationes & omnia
eleemosynarū genera, quoquo mo-
do siāt, Capellani, vel alijs ad tempus ma-
nentibus, vnitati communis Capituli red-

DERE

dere per uigili cura præcipimus. Seruitores itaque Ecclesiæ victum & amictum secundum autoritatem tantum habeant, & nihil amplius habere præsumant, nisi Magistri sponte charitatiuè dederint.

6. DE MILITIBVS DEFUNCTIS
qui sunt ad terminum.

Sunt namque milites in domo Dei, Temploque Salomonis ad terminum misericorditer nobiscum degentes; vnde ineffabili miseratione vos rogamus, deprecamur, & ad ultimum obnoxie iubemus, vt interim tremenda potestas ad ultimum diem aliquem perduxerit, diuino amore ac fraterna pietate, septem dies sustentationis, pro anima eius, quidam pauper habeat.

7. VT NVLLVS FRATER REMANENS OBBLATIONEM FACIAT.

Decreuimus, vt superius dictum est, quod nullus fratrum remanentium aliam oblationem agere præsumat: sed die noctuque mundo corde, in sua professione maneat, vt sapientissimo Prophetarum in hoc se æquipollere valeat: Calicem salvatoris accipiam, & in morte mea, mortem Domini imitabor: quia sicut Christus pro me animam suam posuit, ita & ego pro fratribus animam ponere sum paratus. Ecce

com-